

veritate causae, nisi forte periculum esset in mora et grave inde damnum sequeretur juxta decretum Congregationis Concilii 12. April. 1597, quod amplexa est Congregatio Episcoporum et Regularium die 12. Martii 1602.

Aber der Fall kann sich noch anders gestalten. Es kann die Nothwendigkeit der Erntearbeiten **zweifelhaft** sein. Da ist eine Dispense nothwendig. Diese zu geben sind die Pfarrer pro casu particulari berechtigt, theils nach dem Gewohnheitsrechte, theils in Folge der ausdrücklichen Uebertragung der Dispensgewalt, wie dies für die Wiener Kirchenprovinz durch das Provinc. Concil. Tit. II. cap. 6. geschehen ist. Dort heißt es: *Parochis confirmatur vel confertur facultas dispensandi cum ruricolis, ut diebus Dominicis et festis audita saltem Missa in agris labores peragere possint, quibus imminente tempestate vere opus est, ne grave rerum suarum damnum patiantur. Vicissim necessitatis causam avaritiae praetextentes non audiant.*

Prof. Josef Schwarz.

V. (De matrimonio, in quantum est remedium concupiscentiae.) Non raro accidit, ut mariti in confessionali sese accusent, se rem habuisse cum uxore sua jam praegnante, simulque quærant a confessario, num licitus sit actus conjugalıs cum uxore gravida?

Ad hujus quæstionis solutionem sciendum: matrimonii contrahendi finis licitus is est, ut per hoc medium concupiscentiæ fluctus sedentur. Quod patet ex Apostolo, qui I. Cor. VII, 2 ss. ait: „Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum . . Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, sed iterum revertimini ad idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.“ Quem apostoli locum exponens S. Joannes Chrys.: „Ut scortationes, inquit, vitemus, ut moderemus concupiscentiam contenti uxore propria, hoc nobis affert conjugium, hic ejus fructus, hoc inde

lucrum est, in hoc quærendæ nuptiæ, ut ad vitam pudice degendam nos adjuvent.“ Et Catechismus quoque Romanus qua tertium post hominis lapsum matrimonii finem assignat: „ut qui sibi imbecillitatis propriæ conscius est, matrimonii remedio ad vitanda libidinis mala utatur.“¹⁾ Certum igitur est nec de hoc inter theologos disputatur, matrimonium remedium quoque esse concupiscentiæ.

Jam vero ex hoc principio sequitur, quod conjuges præter liberorum procreationem etiam ad sedandos concupiscentiæ motus uti possunt matrimonio. Et revera, si interveniente uxoris graviditate sub gravis peccati culpa tenerentur a copula abstinere, ex alia vero parte ad jure consortium ac contubernium obligantur, nonne per tantum temporis spatium i. e. plurium mensium innumeris peccandi periculis expositi essent, fieretque matrimonium concupiscentiæ non remedium, sed incentivum, pudicitiae laqueum²⁾ ac fornicationum adulteriorumque parens? Quapropter optime ad rem dicit S. Augustinus: „In conjugatis, inquit, hæc optanda atque laudanda (scilicet continentia tempore prægnationis), sic alia toleranda sunt, ne in damnable flagitia, id est, in fornicationes vel adulteria corruatur.“ Et prosequitur ita: „Propter quod vitandum malum etiam illi concubitus conjugum, qui non fiunt causa generandi, (ut v. g. uxore grvida), sed victrici concupiscentiæ serviunt, in quibus jubentur non fraudare invicem, ne tentet eos Satanas propter intemperantiam suam, non quidem secundum imperium præcipiuntur, tamen secundum veniam conceduntur.“²⁾ Et quidem in hoc conveniunt omnes theologo, copulam habitam cum uxore grvida, nisi adsit periculum abortus, non esse grave peccatum.

¹⁾ Cat. Rom. P. II, c. 8, qu. 14.

²⁾ S. Aug. de nupt. et concup. l. I. c. 12 n. 16.

Cum vero verba Apostoli superius allata secundum S. Augustinum non sint per modum præcepti imperii, sed concessæ veniæ intelligenda, num copula in nostro casu habita non sit saltem veniale peccatum? nam, ait S. Augustinus l. c., venia danda est, aliquid esse culpæ nulla ratione negabitur. Juxta non paucos nec sine gravi auctoritate theologos (Sanchez, Henriquez, Pöhlao, Roncaglia, Holzmann, Elbel, Diana et alios) ejusmodi concubitus nec leviter quidem esse culpabiles. At vero S. Ligorius ejus est sententia, „quod coitus cum prægnante non possit excusari a culpa veniali, nisi adsit periculum incontinentiæ vel alia honesta causa.”¹⁾ Quæ sententia concordat fere cum doctrina S. Augustini, qui ait: „Reddere debitum conjugale, nullius est criminis; exigere autem ultra generandi necessitatem, culpæ venialis”²⁾. Et eodem cap.: „Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam, concupiscentiæ vero satiandæ, sed tamen cum conjugē propter fidem tori, venialem habet culpam.”

In nostro igitur casu quid maritis respondendum? vel quomodo cum ejusmodi pœnitentibus se gerere debet confessarius? En pro praxi hæc tria principia:

I. Ex causis supra allatis mariti, qui se accusant, se copulam habuisse cum uxore sua gravida, non sunt arguendi gravis peccati.

II. Neque sub gravi urgendi sunt atque obligandi, ut eo tempore, quo uxor gravida est, a copula abstineant. Et quidem

a) quia copula hæc interdum, vel apud non paucos conjugēs, ordinarie sine ulla culpa esse potest, intervenientibus scilicet causis copulam cohonestantibus, ut e. g. periculo incontinentiæ sive fornicationis, dissidiis vitandis et alia hujusmodi;

¹⁾ S. Lig. theol. Mor. l. VI, n. 924.

²⁾ S. Aug. de bon. cons. c. VI. n. 6.

b) quia vix sperari potest, fore ut conjuges a copula abstineant et insuper timendum, ne ex peccato materiali fiat formale;

c) periculum abortus quod attinet, rarissime adest, neque solum post conceptionem, sed etiam tempore proximo partui, et ideo nec supponi debet.

III. Cum vero sacerdotis esse arbitremur, ut virtutum magis studium in poenitentibus promoveat, quam ut libidini habentiae nimis laxentur, optimum factu esse putamus, conjuges in casu, de quo agimus, non quidem absolute ad continentiam esse obstringendos et magis leniter monendos, ut principalem matrimonii finem i. e. prolium procreationem semper ante oculos habeant, et ut effectu generationis secuto, in quantum secluso peccato fieri potest, temperantiae castitatisque studeant. Meminerint enim, se secundum probabiliorem sententiam venialiter saltem peccare, si coitus fiat cum praegnanate, nisi adsit causa cohonestans. Itaque, si concumbant e. g. sine ullo incontinentiae periculo et ex mero libidinis ductu, sine dubio venialiter peccant. Castorum enim conjugum, quos Christianos esse decet, voluntas est in solis procreatione et necessitas in libidine i. e. in tantum libidine utantur, in quantum ad liberorum procreationem opus est¹⁾. „Belligerat“, ait S. Augustinus, etiam ipsa (pudicitia conjugalis) contra carnalem concupiscentiam . . , ne ultra quam generandis filiis sat est, etiam ipsum conjugis corpus attrectet. Talis pudicitia nec menstruatis, nec gravidis utitur feminis, nec eam prorsus concumbendi vincit affectus, sed tunc relaxatur, cum speratur generationis effectus.”²⁾ Omnibus siquidem Christianis dictum est, quod Apostolus ait ad Galatas: „Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis” (Gal. V. 24).

¹⁾ F. S. Aug. contr. Jul. lib. V. c. 12. n. 37.

²⁾ S. Aug. l. c. lib. III. c. 21. n. 43.

His ac similibus monitis et conscientiae consulitur conjugum et studium fovetur continentiae. Etenim in conjugibus, quod attinet matrimonii usum, ut praecavenda peccata, ita temperantiae studendum est, ne praepediti ac obcecati libidinis illecebris rerum coelestium penitus obliviscantur.

Karl Koppreiter.

VI. (**Ein Gehfall.**) Brautleute. Bräutigam: J. B., kath. ledig, 35 Jahre alt, gebürtig aus Mähren, Postenfürher und Titular-Gendarmarie-Wachtmeister seit etlichen Jahren in H., Bezirk Waidhofen a. d. Ybbs; Niederösterreich, B. D. W. W.

Braut: M. M., evang. Religion, led., 31 Jahre alt, gebürtig aus dem Königreich Sachsen, Handarbeiterin in H. in Niederösterreich, seit 4 Jahren.

I. Welche Dokumente sind erforderlich noch vor der ersten Verkündigung? Es sind beizubringen: 1. Der Taufschein des Bräutigams vom kath. Pfarr-Amt Römerstadt in Mähren; 2. Der Taufschein der Braut vom evang. Pfarr-Amt Marienberg im Königreiche Sachsen; 3. Die Heiraths-Lizenz vom h. k. k. Ministerium für Landesvertheidigung, (herabgelangt vom k. k. ersten Landes-Gendarmarie-Commando in Wien am 14. Dez. 1875); 4. Der Vertrag zur Erziehung aller anzuheffenden Kinder in der römisch-katholischen Religion, legalisirt vom k. k. Notariat in Waidhofen a. d. Ybbs; 5. Die Dispens-Urkunde von dem kanonischen Eheverbote der Religionsverschiedenheit der Brautleute, vom k. k. apostolischen Feldvikariat in Wien.

II. Sofort konnte die Verkündigung genannter Brautleute a. in der k. k. Militär-Bezirks-Pfarrkirche in Wien, b. in der katholischen Pfarrkirche zu H., als dem Aufenthaltsorte der Brautleute, und c. in der evangelischen Pfarrkirche zu Neu-Rematen in Oberösterreich stattfinden.

III. Indem diese Brautleute in der kathol. Pfarrkirche zu H. getraut werden sollten, welche Dokumente waren